

mittemus? In intellectu medico nihil est, quod non prius fuerit in sensu. Ab hoc experientia dimanat, quæ rationis fundamentum est: ab illo ratio, quæ experientiã dirigit. Atiã experientiam Galenus, aliam ἀπροαίρετον facit & ἀβέβητον, quam nulla deliberatio antecedit. Hippocrati περίπρωσις est, quæ nullo inventionis adhibito consilio, in agnitionem occultę rei inducit, cuius vel natura certa, vel casus incertus est caussa: aliam verò προαίρετον & προβέβητον, à certo periclitandi consilio profectam: vel per se, inventione propria, & αὐτοχέδιον dicitur, vel aliorum ope, imitatione scilicet eorum, quæ ab alijs sunt inuenta, est ἢ μίμησις. Sunthæ classes experientiæ medicæ, quibus singulis vires & potestates naturalium rerū addidicere olim præclari viri: Galenus etiã, qui subindè iacetat προαίρετον πείρα. Hippocrates περίπρωσιν admittit, & τὸν λογισμόν vel ratiocinationem eam cōmendat, quæ ex eiusmodi περίπρωσεως initio profecta est. Qui verò hoc ipso tempore præter consueta nonnullis remedia, ad alia subterranea & metallica conuolant, non solam περίπρωσιν,

*Experientia duplex.*

*De simpl. facultat.*

πείρα,